

vididissimo panno involutam Eucharistiam fecum portare. Qui plura hae de re scire cupit, consulat Angelum Rocca Tom. I. & Martenium de antiq. Eccl. rit. Lib. I. cap. v. art. 4. ubi narrat, PP. Societatis Iesu, Paulo V. Pontifice summo regnante, Venetiis dilectissimos, *hostias singulas* collo sibi singulos alligasse, argue hoc devotionis fervore urbe distulisse. Consecratur hac iam diu obsolevit: & Concilia, Calaraugulanum an. 380. & Toletanum an. 600. statuerunt ne quidominus, aut alio Eucharistiam deferat. BENEDICTUS XIV. in sua sepius laudata constitutione *super Græcorum ritibus* prohibet ne Monachi orientales iter agentes Eucharistiam fecum deferant. Consecratur hac viget adhuc, dum summi Pontifices itinera arripiunt. Tunc enim splendidio, & gravi apparatu, atque comitato Eucharistia praefati a Sacraei apostolici Praefecto soles, spatio itineris onibus die ante Pontificem, ne populi, inspecturi Pontificem accedentes, cultum augustissimum sacramento exhibendum minuunt. Angelus Rocca eruditissimum commentarium de hac sacra caeremonia edidit.

CAPUT VII.

De Eucharistia distribuenda ministro ordinario, & extraordinario.

Quest. I. An soli Sacerdotes sint distribuenda Eucharistia ministri ordinarii? Resp. De ministro consecrande Eucharistia sequenti dissertatione sermo erit. In praesens, qui sit ordinarius eiusdem distribuenda minister, inquiritur. Omnes communiter docent, solos Episcopos, & Sacerdotes esse istius sacramenti ordinarios ministros. Rationem praebet S. Thomas III. Part. quæst. lxxxii. art. 3. inquires; Dicendum, quod ad Sacerdotem pertinet dispensatio corporis Christi propter tria. Primo quidem quia, sicut dictum est... ipse consecrat in persona Christi. Ipse autem Christus sicut consecravit corpus suum in cena, ita & alius sumendum dedit. Unde sicut ad Sacerdotem pertinet consecratio corporis Christi, ita ad eum pertinet dispensatio. Secundo quia Sacerdos constituitur in minister. Deum & populum. Unde sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre, ita ad eum pertinet dona sacrificata divinitus populo tradere. Tertio quia in reverentiam huius sacramenti a nulla re contingitur nisi consecratur, unde & corporale, & calix consecratur, & similiter manus Sacerdotis ad tangendum hoc sacramentum. Unde nulli alii

tangere licet, nisi in necessitate, puta si caderet in terram, vel in aliquo alio necessitatis casu.

II. Morem hunc ab apostolica traditione proficisci, testatur Concilium Tridentinum sess. xiii. cap. viii. his verbis. *Semper in Ecclesia Dei mos fuit ut Laici a Sacerdotibus communionem acciperent, Sacerdotes autem celebrantes seiplos communicent. Qui mos, tanquam ex traditione apostolica descendens, iure ac merito retineri debet.*

III. S. Thomas III. Part. quæst. lxxxii. art. 1. ad 4. querit, cur soli Episcopo conveniat, & reservata sit potestas conficiendi, & administrandi christina; fecus conficiendi, & distribuendi Eucharistiam. Respondet: Episcopus accipit potestatem ut agat in persona Christi super corpus eius mysticum, id est super Ecclesiam: quam quidem potestatem non accipit Sacerdos in sua consecratione. Accipit vero Sacerdos potestatem supra corpus Christi verum. Et quia inquit art. 2. ad 3. per Eucharistiam perficitur homo secundum se per comparationem ad Christum, ideoque Sacerdoti ordinario conficere, & ministrare Eucharistiam iure convenit: idque ex perpetua traditione, que in hac materia quibusvis humanis rationibus prævalet, constat.

IV. Quæst. II. An Diaconi possint esse extraordinarii Eucharistia dispensatores? Resp. In utraque Ecclesia tum orientali, tum occidentali fuerunt præcis facultas Diaconi dispensatores extraordinarii tum corporis, tum sanguinis Domini. Posteriori tempore solus sanguis Domini dispensatio commissa illis fuit: ut colligitur ex S. Thoma III. Part. quæst. lxxxii. art. 3. ad 1. ubi inquit, quod Diaconus, quasi propinquus ordini sacerdotali, aliquid participat de eius officio: ut scilicet dispense sanguinem, non vero corpus, nisi in necessitate iubente Episcopo, vel Presbytero. Primo quidem quia sanguis Christi continetur in vase: unde non oportet quod tangatur a dispensante, sicut tangitur corpus Christi. Secundo quia sanguis designat redemptionem a Christo in populum derivatam: unde & sanguini admiscetur aqua, que significat populum. Et quia Diaconi sunt inter Sacerdotes & populum, magis convenit Diaconis dispensatio sanguinis quam dispensatio corporis. Unde colligitur, tempore S. Thomæ in Ecclesia occidentali Diaconos dispensasse calicem sanguinis Domini extra necessitatem, & absque peculiari Sacerdotis licentia.

V. Ad questum igitur respondeo, Diaconos ex commissione Episcopi, vel Parochi posse etiam hoc tempore esse ministros ex-

traor-

traordinarios Eucharistia distribuendæ. Illi tamen hanc facultatem dare non debent, nisi ex iusta causa: quia servanda est disciplina que nunc obtinet.

VI. Quæst. III. Absente Presbytero, potest ne Diaconus in personis Eucharistiam dispensare? Resp. Adfirmat Suarez, Fagundez, Hurtaado, Lugo, quos citat, & sequitur Leander tract. vii. disp. xiv. quæst. ix. tum ex præsumpta voluntate Presbyteri, tum ex sacris canonibus, qui hanc facultatem illis impertiunt. Quin addunt, posse Diaconos id præstare, præsentem, & nolente Presbytero Eucharistiam ægrotis ministrare: quia, inquit, præsentia Sacerdotis sua potestate abutentes pro absentia reputanda est. Quæ sane opinio mihi improbabilis non est.

VII. Quæst. IV. An extrema necessitate urgente, possint, absente idoneo ministro, Subdiaconi, Clerici, laici semetipsos, & alios communicare? Resp. Ex iis que dicta sunt, constat olim & minores Clericos, & laicos fœmetipsos, & aliis Eucharistiam ministrasse. Si enim viris in nuda manu, & mulieribus in candidissimo lintelo, quod Dominicalæ appellabatur, mos obtinebat tradendi Eucharistiam: patet illos eam aut ibi, aut domi sumpsisse. Illius consuetudinis testimonia plurima ex Tertulliano, ex Cyrillano, ex Martyrologio Bedæ, Adonis, Ulnardi referre possunt. Unum ex S. Basilio episc. ad Lesariam Patriciam transcribo. Si non adisti Sacerdos, communionem propria manu sumere, minime esse grave, est supervacaneum ostendere. Propterea quod longa consuetudine etiam per res ipsas probetur. Omnes enim qui sunt in desertis Monachi, ubi non est Sacerdos, illic habentes communionem, ex seipsis eam sumunt. Alexandria autem, & in Ægypto unusquisque ex laicis qui illic degunt, maxima ex parte habent communionem domi suæ. Nam cum Sacerdos semel consecrerit hostiam, & dederit eam, accipiens, & communicans, tanquam a Sacerdote sumptam, participare se debet credere. Etiam in Ecclesia Sacerdos tradit particulam: & cum omni potestate ac liberate eam tenet qui accipit, & sic sua manu ad eos eam adducit. Seculo vi. flura Concilia præsertim Calaraugulanum, & Toletanum, consuetudinem hanc abrogarunt. Apud Græcos tamen alibi adhuc viget.

VIII. Apud Latinos, tum Clericos, tum laicos, extrema urgente necessitate, communicare seiplos posse docent Suarez, Gradinos, Valentia, Reginaldus, & alii plures, quos citat Leander quæst. xii. eoque legitur: immo ipse cum Diana, & aliis ad-

Cons. Theol. Tom. VIII,

dit, laicos posse communicare etiam alios: quia ius humanum, prohibens laicis Eucharistia tactum, non obligat in extrema necessitate in qua prævalere præceptum divinum debet de Eucharistia sumenda.

IX. Hæc opinio mihi videretur falsa: quoniam ab octo & amplius faculis vetitum est laicis tangere vel ipsa vasa sacra, nedum Christi corpus. Quare non licet nec Clericis Diacono inferioribus, nec laicis, aut sibi, aut aliis communionem procurare in Ecclesia Latina, quia plures sacri canones id prohibent. Porro Ecclesia prædita est potestate præscribendi ritum administrandi sacramenta. Cum itaque Ecclesia prædita est, & Clericis Diacono inferioribus corporis Christi tactum; servanda est hæc Ecclesie disciplina in re adeo gravi.

X. Præceptum divinum sumendi Eucharistiam, præsertim in articulo mortis, obligat, si minister idoneus adit: fecus, si desit. Potest laicus in mortis articulo baptizare, & simplex Sacerdos absolvere: quia sacramenta hæc sunt maioris necessitatis; & Ecclesia consentit, Eucharistia autem non est tante necessitatis: ideoque prudenter Ecclesia prohibuit omnibus Diacono inferioribus illius administrationem ob reverentiam sacramento debitam. Cum igitur idoneus minister desit, perinde est ac si nullus adesset. Et tum præceptum divinum communionis spirituali implendum est, voto nempe, & desiderio suscipiendi Christi corpus.

XI. Ex peculiari tamen summi Pontificis dispensatione possunt laici fœmetipsos, & alios communicare. Nam si olim periculo tempore Ecclesia id concessit, eadem hodie ferre potestata. Et respicit S. Pius V. Mariae Stuartæ Scotorum Regine, in carceribus ab Elizabetha Regina Anglorum detenta, facultatem impertit ut in extremo mortis agone augustissimum sacramentum, quod apud le retinebat, semetipsum reficeret, maneretur. Nihilque obstat quominus Pontifices summi, iusta occurrente causa, simile privilegium concedere aliis iure valeant; cum hoc ad solam attineat disciplinam.

XII. Quæst. V. An Sacerdotes, & Diaconi possint semetipsos communicare, cum alii idonei ministri desint? Resp. Adfirmat communiter Theologi, in extremo necessitatis casu posse Sacerdotem semetipsum communicare. Immo communior sententia defendit, tublata etiam necessitate, posse Sacerdotem sola devotionis causa, puta dum magna festivitas recurrit, & nequeat celebrare, e sacratio Eucharistiam extrahere, & se-

M 3

ipsum

ipsum communicare. Hancsententiam defendunt Suarez, Valquez, Hurtado, Sylvius, Lugo, quoque citat, & sequitur Leander *quæst.* xiv. Immo addunt plures, posse id præstare Sacerdotem, etiam præsentem Diacono: quia Sacerdos est minister ordinarius, & est officio. Diaconum quoque extra necessitatem casum semetipsum communicare posse docent: quia Concilium Nicanum id ei concedit *can.* xiv. Quam opinionem defendunt Valquez, Dicañillus, Leander *quæst.* xvi. Que opinio non est improbabilis. Sed disciplina hodierna spectanda est. Probabile quoque est posse Sacerdotem celebrantem partem hostiæ dividere, & communicare laicum ob solam devotionem, si alia particula desint.

XIII. *Quæst.* VI. *Tenetur ne Parochus tempore pestis cum viis parochiam communicare suos parochianos?* Resp. Omnes curam animatum habentes, Papa, Archiepiscopi, Episcopi, Parochi, Rectores, Superiores tempore pestis, vel epidemia tenentur cum viis periculo administrare subditis suis sacramentum Eucharistiæ meliori modo quo possunt. Disputant Calusita, num in cochleari argenteo licite administrare Pastores isti valeant infirmis Eucharistiæ ad declinandam contagium. Negant Diana, Bonacina, & alii; affirmat vero Leander cum aliis; immo subdunt, posse Sacerdotem ponere sacramentum in loco decenti, ut inde infirmum proprio ore, aut manibus accipiat sacramentum, & se le communicet. In his eventibus spectanda sunt circumstantiæ. Et primum Pastores omnes propriam vitam exponere pro ovibus suis debere, certum est. Qui reformidant mortis periculum, iam le produunt Pastores ineptos, & mercenarios. Tunc licite, ut ego quidem sentio, instrumentis uti possent ad Eucharistiæ administrandam, quando penuria esset ministrorum, & ex morte Parochi, qui animarum Rectoris, populus ministris privatus maneret. Tunc enim bonum publicum cuiusmodi ritus variationem exigere videretur. Sed, ut securius ministraret, Episcopus in similibus casibus consulat.

XIV. *Quæst.* VII. *Licetum ne est a Sacerdote excommunicato, schismatico, hæretico sacramentum Eucharistiæ suscipere in mortis articulo?* Resp. Diana, Suarez, Navarrus, & alii, quoque citat, & sequitur Leander *quæst.* xlii. docent, licitum esse petere a quocumque Sacerdote, etiam hæretico, nedum excommunicato, in articulo mortis Eucharistiæ; dummodo abijt scandalum, contemptus religionis, & periculum, ne Sacerdos hinc animam sumat permanendi in proprio

errore. Quoniam, inquit, licitum est in extremo periculo petere sacramentum penitentia: ergo etiam sacramentum Eucharistiæ.

XV. *Quæst.* VIII. *An peccet mortaliter Sacerdos administrans sacramentum Eucharistiæ absque superpelliceo, & stola?* Resp. Admodum communis & vera sententia. Idque colligitur ex *cap.* Sane de celeb. *Missa.* Contendunt aliqui, peccare dumtaxat venialiter Sacerdotem qui cum superpelliceo sine stola administrat. Sed Suarez, Filicinus, Fagundez, Lugo, Granados, & alii, quoque citat, & sequitur Leander *quæst.* xxvii. dicunt, hunc Sacerdotem peccare mortaliter: quia stola super utrumque humerum est veluti tessera sacerdotalis. Peccarent quoque Sacerdotes qui extra Missam communicantes omittent ceremonias præscriptas: nempe, si abique cereis accensis, & non paramissa absolute communicarent. Ritus quippe isti, cum sint gravissimi, exacte servandi sunt, labrata necessitate; ut tempore pestis, aliisque gravibus casibus, in quibus abique consuetis ceremoniis administrari hoc sacramentum potest. Sacerdos, dum extra Missam communicat, stolam sibi imponere debet. Disputant Auctores, num Sacerdos qui laborans chagra, nequit pollice, & indice ministrare Eucharistiæ, possit aliis digitis illam conferre. Negant aliqui, alii cum Leandro *quæst.* xix. affirmant. Ego dicere, posse, si necessitas urgeat; secus, ablata gravi, & rationabili causa. Corandum semper est ut ritus ab Ecclesia præscripti in huius præsertim sacramenti administratione serventur cum circa locum & tempus, cum circa sacras vestes.

C A P U T VIII.

De subiecto capaci ad suscipiendum Eucharistiæ sacramentum.

TRiplex communionis genus distingui communiter solet, sacramentalis tantum, spiritualis dumtaxat, sacramentalis & spiritualis simul. Sacramentalis communionem, seu corpus Christi, in hoc sacramento existens, recipiunt peccatores; ad fructum, nempe animæ salutem, ex eo non habuerunt. Spiritually communicant qui voto, & fide viva sacramentum illud suscipere anhelant: fructumque experiuntur. Horum classis tres distinguuntur incipientium, proficientium, & perfectorum. Sacramentaliter, & spiritualiter hoc sacramentum suscipiunt qui induti veste nuptiali, idest gratia sanctifican-

orati-

ornati, ad sacram hanc mensam accedunt. Quibus præmissis, sequentes quasiunculas resolvit.

II. *Quæst.* I. *Administranda ne parvulis est Eucharistiæ?* Resp. Certum est, olim in Ecclesia cum orientalium, tum occidentali, una cum baptismo administratam infantibus fuisse Eucharistiæ. Hæc disciplina etiamnum viget apud Ecclesiam orientalem; ut constat ex Eucharologia Græcorum, Syrorum, Melchitarum, Nestorianorum, aliorumque sive catholicorum, sive schismaticorum, & hæreticorum. In Ecclesia Latina quinque ab hinc circiter sæculis abrogata fuit disciplina hæc. Concilium Tridentinum utramque disciplinam laudandam esse decernit *sess.* xxi. *cap.* iv. his verbis. *Denique eadem S. Synodus docet, parvulos usu rationis carentes nulla obligari necessitate ad sacramentalium Eucharistiæ communionem.... Neque ideo damnanda est antiquitas, si eam morem in quibusdam locis aliquando servavit. Ut enim sanctissimus illi Patris sui facti probabilem causam non illius temporis ratione habuerunt, ita certè non nulla sanctorum necessitas, id facere, sine controversia credendum est. Hoc solum factum obstruit veterum os. Infantes enim fidei capaces non videntur. Et tamen per xii. secula illis administratum Eucharistiæ sacramentum fuit; & nunc etiam, ut dixi, in Ecclesia orientali administratur. Plures assignant rationes antiquitate huius discipline in Ecclesia occidentali. Communio enim parvulis vix administrari potest, nisi sub speciebus vini. Difficilis autem hæc administratio est, sine assuetudine alicuius periculo, atque adeo irreverentia erga sacramentum. Alia etiam ratio curata discipline fuit, nempe remissa fidelium devotio, & repetens pristinus fervor. Sumebatur enim divinus ille panis ut panis communis. Quare ne infantes huic abulii assuefierent, cautum est ne isti ante annos discreverint, & antequam a Pastoribus imbui, & intrudati essent, participes fierent sacramentalium corporis Christi.*

III. *Quæst.* II. *Administrandum ne hoc sacramentum amentibus, & enervatis?* Resp. Enervatis qui a maligno spiritu verborum turbarunt, & desogantam olim fuisse sacram communionem, colligitur ex *can.* xxix. Concilii Iliberitani. Concilium præfatum *can.* xxxvii. decernit, in ultimo vite termino enervatis communionem administrandam esse; sed in vite decurru illis denegabat. Quando enim sacra mysteria peragenda erant, Diaconus clamabat *Ecce enervatis.*

IV. *De amentibus, & enervatis S. Thomas III. Part. quæst.* lxxx. *art.* 9. hæc docet. *Discendum, quod aliqui dicuntur non habere usum rationis dupliciter. Uno modo quia habent debilem usum rationis; sicut dicitur non videns qui male videt: & quia tales possunt aliquam devotionem huius sacramenti concipere, non est eis hoc sacramentum denegandum. Alio modo dicuntur aliqui non habere totaliter usum rationis. Aut igitur nunquam habuerunt usum rationis, sed sic a naturate permanent: & sic talibus non est hoc sacramentum exhibendum, quia in eis nullo modo precessit huius sacramenti devotio; aut non semper cauerunt usu rationis; & tunc si prius, quando erant computes sua mentis, apparuit in eis devotio huius sacramenti, debet eis in articulo mortis hoc sacramentum exhiberi; nisi forte timeatur periculum vomitus, vel expulsiōnis. & habetur in Decret. ... Is qui in infirmitate penitentiam petiit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obdormierit, vel in phrensiam convulsus fuerit, & de testimonium qui eum audierunt, & accipiat penitentiam; & si continuo creditur moriturus, reconciliatur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistiæ. Legem ibi plura alia in responsis ad 1. & 2. argumenta. Plura exempla occurrunt que vi huius divini sacramenti curatos enervatis perhibent. Circumstantiæ tamen spectanda sunt.*

V. *Quæst.* III. *Supplicio extremo potentibus administranda ne Eucharistiæ est?* Resp. In Gallia, & in Hispania in penam perpetrati sceleris Eucharistiæ, olim latens, denegabatur. Dominicus Soto Hispanus in *IV. dist.* xxi. *quæst.* 1. *art.* 11. hæc Hispanorum consuetudinem refert, & relict; laudatque Italorum, & Germanorum morem communicandi reos ultimo supplicio afficiendis, qui stat apte dispositi. Servanda est cuiusque Ecclesie disciplina. Laudabilior tamen videtur, & magis pia disciplina que omnibus mortuis rite dispositis, etiam extremo supplicio percutiendis, vel penitentiam agentibus, in ultimo mortis exitu Eucharistiæ impertitur. Olim lapsis in extremo mortis articulo communicatio denegata fuit. Sed Concilium Nicanum indultit ut omnibus in mortis exitu potentibus communicatio administraretur, si digni reputati esset a sacris Pastoribus.

VI. *Quæst.* IV. *Administranda ne est mortuis Eucharistiæ?* Resp. Plura adduci exempla solent, unde tenitur, datam olim mortuis fuisse Eucharistiæ, & cum iis sepultam.

Positam supra pectus cuiusdam Monachi Eucharistiam, & cum eo sepultam iussu S. Benedicti, narrat S. Gregorius Magnus *Lib. II. Dialog. cap. xxiv.* Aliquando obruitur ut sacrum Christi corpus collocaretur supra pectus Episcopi defuncti. Plures rationes huius ritus, dandi mortuis communionem assignat Christianus Lupus in *can. lxxxiii.* Trullani Concilii. Prima est, ne cadavera a sepulcro eiecerentur. Altera, ne demones in cadavera fererent. Tertia, ut qui, dum in vivis erant, relicti sacro viatico non poterant, presentia laltem tanti sacramenti iuarentur. Alii quartam addunt causam, ut nempe hoc sacro communiois ritu abducerentur fideles a superstitione gentiliū, qui mortuis obulom ori imponebant, Acheronti proptis navo solvendam. Heine Luvenalis *satir. 3.* inquit.

*Iam sedet in sipa, tetrumque novissis
horret
Porthmea, nec sperat canos gurgitis alvum
Insepia, nec habet quem porrigat orestien-
tem*

Laudati Concilii Trullani *can. lxxxiii.* prohibet ne mortuis Eucharistia administretur his verbis. *Nemo mortuorum corporibus Eucharistiam communicet.* Scriptum est enim: Accipite, & comedite. *Mortuorum autem corpora non possunt accipere, nec comedere.* Antiqua similiter est consuetudo collocandi Eucharistiam supra pectus defunctorum: quom tranquillitas adversus demonum inselationes cæmeteriorum benedictione consultum est. Nam cæmeteria in hunc finem benedicuntur, ne demon accedat; & lustrali aqua purgantur ab omni spurcitiæ inquinamento; & immundorum spirituum insalio. Oraciones fundantur, ut fidelium corporibus leplendens Deus concedat quæsis sedem, & ab omni incursione malorum spirituum intellam. Quæ omnia Pontificale Romanum *Part. II. tit. vi.* exponit.

VII. Quæst. V. An concedenda sit Eucharistia publicis peccatoribus? Resp. S. Thomas *III. Part. quæst. lxxx. art. 6.* animadvertit, duplici modo peccatorum dici publicum. Primo per confessionem ipsius delinquentis, per tellium depositionem, & iudicii publici sententiam; & dicitur publicus *publicitate iuris.* Secundo per evidentiam facti; ut sunt generatores, &c. Publicis peccatoribus Eucharistiam pecum S. Thoma. Ministri enim instituti sunt dispensatores prudentes mysterium Dei:

illis Christus imposuit *Matth. xii. Nolite sanctam dare canibus;* & rursum *cap. xv. Nolle est hominem sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Idem dicendum est de iis qui vehementer & publice suspecti de gravi aliquo crimine sunt. Contendant tamen aliqui, in mortis articulo ob solam vehementem suspicionem non esse denegandam Eucharistiam. Sed præscribitur regula generalis ad hoc quod animi secreto emendato. Peccatori publico, etiam in articulo mortis, non est concedenda Eucharistia: quia prius publico scandalo satisfacere debet. Quænam est hæc satisfactio? In articulo mortis voce aut propria, aut Confessarii, retractanda publice sunt scandala, & crimina. Debet peccator signa ferventis doloris, quoad potest, præbere. Dum vero peccator lanus est, publicam exhibere satisfactionem debet. Generatores exhibere fatidularas, & infamem artem relinquere; meretrices e loco profubali se subducere; concubinari peliere concubinam; comici, histrionique omnes turpem professionem delinqnentur tenentur, & publice penitentia signa exhibere. Magna opus prudentia est, antequam isti ad sacram communionem sacramentalem admittantur.

VIII. Quæst. VI. Peccatori occulto publice petenti Eucharistiam concedenda ne est? Resp. Adfirmant communiter omnes, quando sine infamia denegari non potest: quia præceptum non infamandi prævalet præcepto non administrandi indigno Eucharistiam. Et licet peccator occultus nullum ius habeat ad Eucharistiam; iure tamen potitur ne infametur. Peccatori autem occulto occulte petenti deneganda est. Dominicus Soto in *II. dist. xii. q. 1. art. 6.* contendit, a proprio Parocho, qui est officio tenetur administrare Eucharistiam, non posse huic peccatori occulto denegari, sed solum ab aliis Sacerdotibus. Sed hæc opinio falsa est. Parochus tenetur administrare ex officio dignis, tecus indignis. Quare neque a Parocho, neque a quocumque alio Sacerdote administrari Eucharistia debet peccatori occulto occulte petenti. Quoniam ius nullam habet ad Eucharistiam ius; & ex alia parte nullam ex tali denegatione patitur infamiam. Si vero peccatum notum sit ex confessione; reddat denegatio communio nequit, ne odiosa reddatur confessio. Prohibuit enim hæc propositionem Innocentius XI. *Scientia ex confessione acquisita nisi licet, modo fiat sine directâ, aut indirectâ revelatione, & gravamine penitentis, nisi aliud multo gravius ex non usu sequatur, in cuius comparatione prius merito contemnatur.* Quamvisita-

que non violeitur sigillum, iniuria tamen illi irrogatur, & gravamen penitentis imponitur, quoties fit usus in confessione acceptæ.

IX. Quæst. VII. Si quis hoc loco sit publicus peccator, & alio pergat, ubi sit occultus, & publice petat Eucharistiam, denegandam ne illi est? Resp. Plures docent, non esse denegandam: quia ubi publice petat Eucharistiam, esse peccator occultus, & ibi ius habeat ad eam famam. Suarez, Bonacina, Fagundes defendunt, esse denegandam: quoniam infamatus publice in uno loco, ius amittit ad eam famam. P. Dominicus Viva *q. 1v. art. 10. num. 11.* hæc scribit. *Demum Henricus putat, posse vepelli, & posse ad sacramentum admitti; cum pro utraque parte sint rationes probabiles.* Nec quidquam ipse addit; sed lectoris arbitrio relinquit, ut quam malitiam, sibi eligat. Opinio P. Suarez mihi probabilior est; & oppositam ratio non fallam. Si opposita alicui videatur probabilior, utatur ius sentia; sed quod alterutra quique pro arbitrio ipsi possit, hoc improbo tamquam absurdum.

X. Quæst. VIII. Potest ne Sacerdos administrare Eucharistiam publico peccatori ob merum mortis, aut notabilis sue infamie? Resp. P. Dominicus Viva *loc. cit.* adfirmat: quia, inquit, si potest administrare Eucharistiam peccatori occulto publice petenti, ad vitandum eius infamiam; a fortiori poterit ministrare peccatori publico publice petenti, ad vitandum infamiam propriam, aut mortem, permittendo peccatum illius. Id tamen intelligendum, subdit ex Suarez, præcise scandalo activo. Hæc sententia falsa est, falloque nititur principio. Peccatori occulto publice petenti administratur Eucharistia, ut peccatum vitetur illius diffamationis: quia præceptum non infamandi proximum prævalet præcepto reverentia erga sacramentum, & exemplum Christi Domini habemus, qui Iudeis Eucharistiam dispensavit. Ministri enim publici communia Ecclesie bona dispensare debent iuxta notitiam non privatam, sed publicam: aliter multe orientur perturbaciones, & absurda. E contrario in proposito casu, quod Sacerdos propriam infamiam sustineat, aut mortem, nullum peccatum, aut peccandi periculum est. Si ad vitandum propriam infamiam, nedum mortem, licet sanctam dare canibus, & margaritas proicere ante porcos; cur licitum non erit tunc adolere exterius idolo? Neque præcindi scandalum activum potest ab administratione, aucta infamie, aut mortis extorta.

XI. Quæst. IX. Peccatori occulto publice petenti Eucharistiam, potest ne Sacerdos præbere hostiam non consecratam ad illius sacrilegium vitandam? Resp. Adfirmant plures; quam opinionem probabiliter reputat Diana. Verum S. Thomas *III. Part. quæst. lxxx. art. 6.* cui subscribit ceteri Theologi, negantem opinionem defendit: quia, inquit ad t. licet potius ad illum libret a peccato. . . Hostia non consecrata nullo modo debet dari loco consecratione: quia Sacerdos hoc faciens, quantum in se est, facit idololatrare illos qui credunt esse hostiam consecratam, sive alios præfentes, sive etiam ipsum sacramentum. . . Unde extra de celebratione Missarum dicitur: *Licet is qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet graviter, si se ingerat irreverenter ad illud; gravius tamen videtur offendere qui fraudulenter illud presumptim simulare.* Fulsus hæc doctrinam Angelicus exponit in *II. dist. ix. q. 1. art. 5. quæstionum. 1. ad 4.*

XII. Quæst. X. Quid de corruptela que accubiti graffatur? Licet ne Sacerdoti simulare se hostiam immittere in os peccatoris, ad vitandum infamiam, vel dammum accedentis? Resp. Adfirmantem opinionem defendunt Ioannes Sanchez, Diana, Henriquez, quos citat P. Leander *disp. vii. quæst. lxi.* Ipse vero distinguit. Si nulla, inquit, addit causa simulationis, illicita est administratio; licita vero, si iusta causa addit. *In casu quo virtus minaretur mortem uxori, nisi communicaret, ut se suspicionem adversus illam concepit absterget: tunc enim, inquit Leander, optime poterit simulare se Eucharistiam suscipere, sicut potest simulare se sacramentaliter confiteri: quia in eo casu optime potest absque mendacii crimine sui equivocacione: ergo & Sacerdos etiam simulare se hostiam in os eius immittere.*

II. Enormem hæc corruptelam latius hodie graffari ferunt. Et Confessarii nonnulli hæc simulationem exercent, ut dicunt, quin illum sibi scrupulum moveant. Accedunt iuvenes matronæ ad Confessarium: palam fatentur, se suos habere amafios, quorum abrumper amicitiam aperte se nolle patefaciant. Sed ut maritis fucum faciant, & honestatis vel turpe commercium tegant, lacramentorum frequentiam simulant, inquisientes: *Domine, meum habeo amatorem*

lum: cum dimittere volo: interim mea interest, ut me frequentare sacramenta maritus, & ceteri credant. Dabis mihi benedictionem, & res tota confecta est. Firmantur mulieres ista in hac sacrilega simulatione, Caluissiarum, quos iudicavi, opinionibus imbuta. Curant etiam ut ius amafis consulant Caluissias alios quos, quorum commentis deludere maritos valeant. Caluissicae opiniones, quae simulationem licitam adserunt, simul favent Confessariis, quorum aliqui ad nimiam benignitatem compositi opinionem praefatam Leandri, & aliorum facile probabiliorem credunt, eoque ius sacramentorum simulationem exequuntur.

XIV. Ad quaesitum ergo respondeo, simulationem hanc sacramentorum, sive penitentiae, sive Eucharistiae, sacrilegam esse, & scandalorum plenissimam. Et principio Leander ipse mitissimus fatetur, mendacem hanc simulationem vitiosam esse, legitimam sublata causa. Quid vero causa legitima est, ut illositres amafis ista sacramenta simulent? Maritorum insipientes, infamia publica? Dimittant amafos suos, illorum conversationem omnino declinent: modestiam, pudorem, & solitudinem, quoad earum fert conditio, colant, caste vivant: & in sublata maritorum suspicionem, & publicam infamiam. Nulla est ergo simulationis legitima causa mariti insipio. Turpia frequentate commercia, & inculentam amicitiam fovere nobiles ista amafis, perstrictae lateribus adherere suis amafos suos effusim cuique; simulque ementita sacramentorum frequentia propriam fucare, & inculentae turpitudinem audacissime contendunt? Et eo malorum disciplina devenit, ut divinarum mysteriorum dispensatores aliqui inveniantur qui tam propudiosam, sacrilegamque corruptelam foveant? Si verborum mendacia illicita sunt, factorum ne mendacia honesta erunt? Non est mendacium, iniquis, sed aequivoatio, & amphibologica simulatio. Scilicet amphibologica simulatio est sacramentorum, qua iniquitas occultatur, & alitur. Accedunt scandala publica & amafiorum, & aliorum quibus comperta mutae amicitiae, & turpes amores sunt. Innumeros ipse audiivi iniquitates: ille, & ille matronae suos habent astantes amatores, quorum multos amores, amplexus reciprocos nos appria & compertos habemus; nihilominus ista sacramenta tum penitentiae, tum Eucharistiae frequentare propriis oculis conspicimus. Ergo confocari eiuismodi mutui amores, & reciproca scedera cum sacramen-

torum frequentia licite valent. Quid? An dicitur eris, Confessarios doctos, eruditos, & probitatis fama claros, sacrilegia perpetratores, & propriae aeternae salutis dispendio sacramenta feminis illis admittunt? Aut accumbunt, & flagitia propria in confessorio occultant? Cum dici neutrum horum possit, inferendum est, viam salutis non esse adeo angustam, ut rigidiores Theologi aggerant. Haec circumloquuntur mundi homines; & ex frequentia sive simulata, sive vera talium seminarum sacramenta suscipientium, scandala & ablanda gravissima manant.

XV. Prudens ergo, doctusque Confessarius aut instruat eiuismodi feminas, doceatque, quam sit haec sacramentorum simulatio perniciosa, quae & Confessariis, & penitentibus infamat: aut si instructionem suscipere nolit, eas gravi reprehensione reiciat. Aliqui Confessarii similes simulationem fundant paribus, quae, nisi Eucharistiam suscipiant, matribus suspicionem ingerunt violatae castitatis, aut prave consuetudinis. Si Confessarii suos penitentes sanam docerent doctrinam; hoc artificio opus minime haberent ad famam tegendam puellarum. Docent, communionis frequentiam suspendi posse, & debere ob plurimas causas, ob peccata venialia, ob tepescerentem fervorem, ob nocturnas illusiones, & ob cetera id genus. Quando similes casus occurrunt, suspendant tum matrem, tum filiam communionem; aut doceant causas cur suspendi possit, & debeat. Eo malorum pervertem est, ut interdum sacramentorum aut mendaci simulatione, aut sacrilega profanatione custodire praevicantium famam aliqui velint. Verum plura de his infra.

CAPUT IX.

De necessitate, seu divino precepto sumende eucharistiae communionis.

Communionis vocabulum interdum sumitur pro societate, & fidelium consortio: interdum usurpatur ad designandum Missae sacrificium, & antiphonam, quae, dum fideles communicant, cantatur in celebratione Missae: communiter autem accipitur pro Eucharistiae participatione.

II. Necessitas alia medii, alia precepti. Eucharistia sumi potest aut reipia, aut voto, seu desiderio tantum; ut alias dictum est. Id in disputationem principio venit,

utrum

utrum Eucharistia sit necessaria in re necessitate medii ad salutem tum parvulis, tum adultis. Adfirmant Graecorum plures, quibus subscribunt novatores, praesertim Calvinistae, Dallaeus, Albertinus, ceterique Calvinianae sectae scriptores. Haec fuisse mentem S. Augustini, Innocentii, & aliorum Patrum, continent etiam Catholicorum aliqui.

III. Tom. 7. Lib. 10. dist. 11. preceptum ecclesialium communionis percipiendae quotannis explicatum est. Quamobrem in praesentia divinum duntaxat mandatum exponam sequentibus quaestionibus.

IV. Quaest. I. Eucharistia est ne necessaria necessitate medii ad salutem? Resp. De fide est, Eucharistiam in re susceptam, non esse necessarium necessitate medii ad salutem. Hanc veritatem definitivè Concilium Tridentinum sess. xxi. can. v. adversus novatores. Si quis dixerit: parvulis, antequam ad aetate discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiae communionem; & anathema sit. Hoc perperis patet ex divina Scriptura Rom. vi. 11. Nihil... damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. Rursus ad Titum 111. Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis.

V. Ratione ex Scripturis. & Patribus omnibus repetita evincitur. Scripturae, & Patres omnes tum Graeci, tum Latini testantur, per baptismum omnia peccata dimitti. Ergo Eucharistia non est necessaria necessitate medii ad salutem. Si enim abique Eucharistia per baptismum parvuli sanctificantur, sicutque Christi membra; in tali statu decedentes salutem consequentur aeternam. Nec opponant novatores, Ecclesiam primis Ecclesiae saeculis baptismum non administrasse sine Eucharistia. Quoniam nec sine confirmatione illum conferbat. Quid inde? Necessarium ne dicent confirmationem? Ecclesia, quae olim parvulis Eucharistiam administrabat, postmodum subtraxit. Disciplina, non necessitas fuit ritus iste; ut alibi dictum est. Insiliunt novatores. Verbis simillimis Christus praecipit communionem eucharisticam quibus baptismum, & penitentiam.

Nam si ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei: similiter inquit: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si priora, cur non & posteriora verba inferunt necessitatem medii? Mala fide haec ultima verba opponunt novatores; cum ipsi non de Eucharistia intelligenda esse contendunt. Ceterum nos diverso a primis sensu posteriora verba intelligenda dicimus. Num-

quid haec verba Ioan. XIII. Si non laveris, non habebis partem meam, parisenecessitatis aliquid significant ac verba quibus baptisima, & penitentia praecipuntur? Sicut ergo haec ultima particula nisi non inferat pedum lotionem necessarium esse necessitate medii; ita nec in ista propositione, Nisi manducaveritis &c. medii necessitas denotatur. Senfus diversitatem & ex subiecta materia diversa, & ex perpetua Ecclesiae traditione colligimus.

VI. Quaest. II. Est ne necessaria Eucharistia necessitate medii saltem in voto? Resp. Non una est haec de quaestione Catholicorum sententia. Honoratus Turnely quaest. vi. de Eucharist. art. 1. contendit, nec in voto necessarium esse Eucharistiam; quavis addat, se loqui de voto proprio dicto. Dissidium inter Theologos catholicos potius de voce quam de re est. Sententia mihi probabilior est, quam ex Augustino docet S. Thomas, nempe necessarium esse Eucharistiam in voto, non explicito, sed implicito. Distinguentur quoque est manducatio realis, & mystica. Reali manducatione reipia sumitur eucharistia: mystica communico est adoptiva in mysticum Christi corpus seu in Ecclesiam. Haec distinctio ambae sententiae conciliatur.

VII. Porro necessarium esse Eucharistiam in voto, saltem implicitae, S. Thomas III. Part. quaest. lxxxiii. art. 3. docet his verbis. Per baptismum ordinatur homo ad Eucharistiam: & ideo ex hoc ipso quod per baptismum, ad Eucharistiam ordinatur per Ecclesiam: & sic sicut ex fide Ecclesiae erodunt, sic ex fide Ecclesiae desiderant Eucharistiam. Quam doctrinam confirmat q. lxxxix. art. 1. ad 1. inquires: Hoc sacramentum ex seipso virtutem habet gratiam conferendi: nec aliquis habet gratiam ante susceptionem huius sacramenti, nisi ex aliquo voto ipsius, vel per seipsum, sicut adulti; vel voto Ecclesiae, sicut parvuli, sicut supra dictum est.

VIII. Doctrina S. Thomae hoc pertinet. Eucharistia finis est omnium sacramentorum, quae strictiori vinculo non Christo coniungit, & membra eiuismodi peculiari ratione efficit. Ergo dum quis baptismum suscipit, votum saltem implicitum habet suscipiendi Eucharistiam: cum media natura sua tendant in finem. Votum enim illud includitur in ipsa baptismi susceptione. Nec est quod opponas, hinc seque, parvis necessitatis esse Eucharistiam, ac baptismum. Nam confessorium istud illegitime inferitur; & falsum est. Baptismus namque principium est vitae spiri-

tua-

taalis, in cuius susceptione includi votum implicitum Eucharistiæ dictum est. Votum autem implicitum baptismi non includitur in alio præcedente Sacramento: & nisi parvuli re ipsa baptismum suscipiunt, pereunt. Votum baptismi explicitum fit oportet; votum vero Eucharistiæ factum est ut sit implicitum.

IX. Opponent novatores plura S. Augustini testimonia, tum ex Lib. I. de peccat. mer. cap. xx. tum ex Lib. II. ad Bonif. cap. iv. quibus S. Doctor docere videtur, Eucharistiæ necessariam esse necessitate mediæ. Immo Innocentius I. epistola ad Patres Concilii Millevitani hanc eandem suam doctrinam confirmare Augustinus videtur. Et Gelasius Papa ep. vii. inquit: *Ipsè Dominus Iesus Christus celsè voce pronuntiat: Qui non manducaverit carnem Filii hominis &c. ubi utique neminem videmus exceptum; nec ausus est aliquis dicere, parvulum sine hoc Sacramento salvari ad vitam æternam posse prodire.* Celebris Maldonatus, & alii catholici Theologi in hac sententia de absoluta necessitate Eucharistiæ ad salutem fuisse Augustinum, Innocentium, & Gelasium, exilimant. Sed aperte falluntur. Sanctus quippe Augustinus constanter docet, parvulos qui baptismate tincti decedunt, salvari. In huius rei confirmationem plura adduci Augustini testimonia solent. Unam transcribo ex S. Fulgentio, qui epist. ad Ferrandum Diaconum sic interpretatur Augustini testimonia, quæ opponuntur. *Arbitror, sancte frater, disputationem miltari prælari Doctoris Augustini sermonem firmatum, nec quidquam aliquatenus esse ambigendum, tunc nunquamque fidelium participem corporis, & sanguinis fieri, quando in baptisate membrum corporis Christi efficitur; nec alienari ab illo panis consortio, etiamsi antequam panem illum comedit, de hoc sæculo in unitate corporis Christi constitutus discedat.* Doctrina itaque Augustini hæc pertinet, parvulos eo ipso manducare mysticæ carnem Christi quod sint per baptismum eisdem corporis membra; seu, ut inquit S. Thomas, manducant non re, sed voto implicito, & interpretativo. Idque evincunt Contensonius, C. Berti, & alii qui falsus S. Doctoris testimonia expendunt, ex itatu controversiæ, quam S. Augustinus cum Pelagianis habebat. Pelagiani negantes peccatum originale, & argumenta a necessitate baptismi repetitis prelli diligebant regnum Dei, & vitam æternam: contendebantque parvulos non baptizatos decedentes, non ingressuros quidem regnum Dei, quod iuxta illos extima quedam gloria est, & non ba-

pizatis indebita; sed affectuosos vitam æternam, cum sint innocentes. Qua chimerica distinctione admitta, urgebat illos Augustinus parvulos non baptizatos privandos esse etiam vitam æternam. Quod ut evinceret, allegabat Ioannis textum: *Nisi manducaveritis &c. non habebitis vitam in vobis.* Porro parvuli, nisi baptizentur, nequeunt fieri participes corporis Christi. Ergo parvuli non baptizati privantur tum regno Dei, tum salute æterna. In testimoniis itaque quæ opponuntur, Augustinus, Innocentius, & Gelasius loquuntur de parvulis non baptizatis; & in hypothesi in qua regnum Dei distinctione Pelagianorum inter regnum Dei & vitam æternam resecerunt, luculentissime communem Catholicorum doctrinam defendit, nempe parvulos cum solo baptisimo debent Eucharistiæ decedentes salutem assequi æternam. Si plura cupis, lege citatos Auctores.

X. Quæst. III. Eucharistiæ esse necessaria vi divini præcepti? Resp. Quamvis aliquæ negaverint hoc divinum præceptum; tamen Theologi communiter omnes cum S. Thoma III. Part. quæst. lxxx. art. 11. defendunt hoc divinum mandatum; probantque verbis Christi Domini: *Nisi manducaveritis carnem &c. Hoc facite in meam commemorationem.* Nec Catholicorum aliquis alique manifeste errore, in Concilio Tridentino sess. XIII. iam præscripto, oppositum sustinere valet.

XI. Quæst. IV. Quinam hoc divinum præceptum obligantur? An soli baptizati, an etiam non baptizati? Resp. Leander tract. vii. disp. 11. quæst. 11. defendit, solos baptizatos huic præcepto subiectos esse: & pro hac sententia laudat Sotum, Bonacinam, Candidum, & alios. Verum probabilior mihi opinio contraria est, nempe, exceptis parvulis, omnes adultos hoc divino præcepto obstringi, sive baptizatos, sive non baptizatos. Quoniam divinum mandatum absolutum est, & universale: ergo omnes comprehendit. Nec est quod opponatur, non baptizatos capaces non esse Eucharistiæ. Ergo ad illam non tenentur. Consequenter falsa est: tenentur quippe se apte ad illam percipiendam reddere baptismum suscipiendo. Infantibus. Qui baptismum carent, non tenentur sacramentaliter confiteri: ergo neque Eucharistiæ sumere. Negatur consequentia. Confessio sacramentalis non

non precipitur, nisi pro peccatis post baptismum perpetratis; Eucharistiæ vero communio omnibus adultis absolute iubetur.

XII. Quæst. V. Quandonam obligat præceptum istud divinum? Resp. Theologi nonnulli defendunt, obligare dumtaxat semel in vita. Verum licet dampnate sint opiniones illorum qui dicebant, sufficere semel in vita amare, credere, sperare in Deum; ita probabiliter videtur opinio hæc quæ obligat semel tantum in vita præceptum divinum de Eucharistiæ sumenda docet.

XIII. Obligat igitur hoc præceptum potissimum in mortis articulo: quoniam tunc maxime urget præceptum, cum potissimum finis præcepti necessarius est. At coniunctio cum Christo, que est finis præcepti, maxime necessaria est mortis tempore. Ergo tunc præsertim observantia præcepti urget. Consequenter deferendi ad infimos sacrum viaticum antiquissimum a seculo Tridentinum Concilium sess. XIII. cap. vi. Ipsam Concilium Nicænum I. can. XII. antiquam hanc consuetudinem servandam can. xxi. præscribit, sumendi scilicet sacrum viaticum.

XIV. Quæst. VI. Qui paulo antequam incidit in mortis periculum, communicavit, astringitur ne iterum sumere sacrum viaticum? Resp. Negant Paludanus, Suarez, Reginaldus, Layman, & alii, asserentes eum qui uno, duobus, aut etiam octo diebus ex devotione communicavit, non atringi ad viaticum suscipiendum. Sed probabilior est contraria sententia, & communior. Quandocumque per opus non præceptum non impletur præceptum. Divinum autem mandatum ex communis Ecclesiæ interpretatione obligat in mortis articulo, ut contra hostes hoc divino præcepto maniamur. Ergo hoc mandatum non impletur communione ex devotione perfecta. Qui labbato ante dominicam palmarum ex devotione communicaret, non implet præceptum paschale; sed deberet dominicam sequenti, seu infra tempus paschale iterum sumere Eucharistiæ, ut præcepto ecclesiastico satisfaceret. Ergo idem de divino mandato dicendum est. Quare saltem exitimo quod P. Viva quæst. IV. art. 2. docet, nempe posse latissimi præcepto per opus non præceptum, ita ut ille qui mane ex devotione audivit Missam, possit satisfacere iugiter venienti præcepto imposito ab Episcopo. Hinc contendo ille cum aliis, non teneri eum qui ante octavo die communicavit ex devotione, sumere viaticum, si incidat in mortis extremum.

XV. Quid, si eodem die quis Eucharistiæ

ex devotione perciperet, & post in mortis extremum incidere? Leander quæst. vi. cum pluribus aliis adfirmat, hunc debere eodem die sumere viaticum: quia licet vetitum sit bis eodem die sumere Eucharistiæ extra Missam; in hoc tamen casu vetitum id non est, cum viaticum sumatur ad implendum præceptum divinum. Communior tamen opinio defendit probabiliter, non debere illum qui eodem die communicavit, iterum Eucharistiæ sumere: quia cum præceptum divinum obliget ex communis interpretatione Ecclesiæ, præcis Ecclesiæ non est ut quis eodem die bis communiceat. Neque casus iste inter exceptos numeratur. Qui tamen ferventi amore succensus, hoc sacrum viaticum peteret hac intentione, ut scilicet satisfaceret divino mandato, num sit eidem denegandum, iudicent prudentiores, & doctiores.

XVI. Qui semel sumpsit viaticum, si post incidat in peccatum, non tenetur iterum eodem, aut altero die communicare pro viatico sumendo. Si vero plures dies supervixerit, puta octo, aut decem dies, poterit eidem iterum illud administari.

XVII. Oppones contra ea quæ dicta sunt. Si præceptum divinum urget in articulo mortis; non possit Ecclesiæ privare aliquem criminiosum tempore mortis communione: & tamen aliquando id præstitit. Resp. Numquam Ecclesiæ univerſa legitur fuisse de neganda moribundis penitentibus Eucharistiæ; immo opposita lex in Concilio Nicæno sancita est. Ecclesiæ particulares, ut Hispanica, Africana, Gallicana, interdum iis qui tempore mortis penitentiam agebant, denegarent Eucharistiæ: quia præsumebant, non virtutis amore, sed formidinis poenæ illos penitentiam agere. Idque præstitit ut aliorum terrorem, & correptionem. Et sicut potest index reum cibo privare; ita Ecclesiæ potuit aliquid peccatori in poenam criminum hunc divinum panem subducere. Hæc tamen disciplina iamdiu antiquata est. Et hodie tenentur iudices concedere reis ad mortem damnatis tempus sufficienti pro sumenda Eucharistiæ, ut communis sententia docet. Aliqui contendunt, eodem mortis die non esse iudicium damnatis a iudice administrandum hoc sacramentum. Sed communis sententia oppositam docet. Si enim iis qui morte naturali decedant, administratur, cur non & iis qui morte violenta plestendi sunt, dummodo dispositi reperiantur? Disputant etiam, anrum una hora, antequam morte plestatur, sint communicandi. Si necessitas urget,

geat, non video quid impediatur. Non irreverentia adversus sacramentum; nam certum est species sacramentales spatio unius horæ consumi. Et alia parte urget divinum præceptum sacri Victimæ mandati.

XVIII. Quæst. VII. *An hoc divinum præceptum pluries obliget?* Resp. Certum est, hoc divinum mandatum pluries obligare extra mortis articulum. Regula tamen generalis præscribi nequit. Ecclesia pro hominum communitate statuit semel in anno peragendam communionem sacramentalem esse. Quisque fidelium, propria infinitatis, & necessitatis concitatus, & prudens Confessarius qui conscientiam illius dirigit, frequentiam illius medicinx statuere possunt. Verum de hoc infra.

XIX. Quæst. VIII. *Hoc divinum præceptum obligat ne ut Eucharistia sub utraque specie sumatur?* Resp. Distinguenda est a præcepti obligatione disciplina usus. In Ecclesia Græca usque ad hodiernum diem; in Latina usque ad XII. sæculum consuetudo obtinuit communicandi laicos sub utraque specie. A sæculo XII. usus solus speciei panis in Ecclesia Latina sensim prevaluit. Sæculo XIV. incante, nonnulli Bohemi carpere Ecclesie Latine disciplinam ausi sunt, qui dicti fuerunt *Calixtini*: quorum audaciam ut comprimeret Concilium Constantiense, ann. 1415. statuit servandam esse disciplinam diu investitam, & pro lege habendam; communicandi nempe sub unica specie. Quam legem confirmavit Concilium Basiliense anno 1435. Pacis tamen amore Bohemis concessit facultatem communicandi sub utraque specie; dummodo agnoscerent, hanc communionem non esse præcepto divino necessariam. Lutherus modo dixit, tyrannidem sapere, subtrahere laicis calicem, modo indifferenter talem ritum agnovit. Calvinus *Lib. IV. Institut. cap. XVII. §. 14.* more suo debacchatur, & fœrens inquit, ex officina diaboli prodixisse legem que dimidiâ cœnæ partem Christianis suffuratur.

XX. Duplicem hic quæstionem Theologi inveniunt. Prima est, utrum communio sub utraque specie non sacrificantibus necessaria sit necessitate ut sacramentis, aut præcepti divini. Quam controversiam definitum Concilium Tridentinum *sess. XXI. can. 1.* his verbis. *Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes, & singulos Christiani fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistie sacramenti sumere debere; anathema sit.* Definitio hæc fidei est, eruta ex divinis Scripturis, & constanti traditione. Scripturæ divinæ obvia sunt. Ioan. VI. dicitur:

Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Et Sanctus Lucas *Apostolorum 11.* *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis.*

XXI. Traditio quoque suffragatur. Nam supra ostensum est (neque id revocari in dispositionem a novatoribus potest) primis Ecclesie sæculis consuevisse fideles eucharisticum panem secum deferre & domum, & in deserta loca. Nullibi fit mentio, illos secum detulisse vini species. Frequenter aliteritur, viros panem eucharisticum suscepisse nudis manibus, mulieres nitido linteo, quod *Orarium*, vel *Dominicale* appellabatur. De vase idoneo ad suscipiendas vini species altum silentium. Porro sicuti meminerunt & manu, & linteo pro suscipiendis panis speciebus; ita profecto narrantur vas, aptum ad recipiendum sanguinem, fuisse aut argenteum, aut cupreum, aut vitreum, aut ligneum, aut testaceum. Sed altum est apud ipsos silentium. Cui? Quia vini species tum semper condebatur in his præsentiis communionibus. Accedit loculentum testimonium Tertulliani *Lib. II. ad uxorem. v.* ubi inquit: *Non fecit maritus quid lecretio ante omnem cibum gessit, & si fecerit, panem non illum credit esse, qui dicitur.* Peripete hic asseritur communio sub unica specie.

XXII. Innumera prodici documenta solent utriusque Ecclesie tum orientalis, tum occidentalis, quibus evincitur, communionem sub una tantum specie interdum administratam fuisse. Nam Eucharistiam pro momento vitæ servatam olim fuisse, & sub una tantum specie administratam interdum, competum est. Eusebius *Lib. VI. hist. cap. XLV.* narrat, Serapionem quemdam in extremis constitutum, noctu puerum misisse ad Presbyterum, a quo Eucharistiam reciperet. Et cum Presbyter agrotans ire non posset, puero exiguam Eucharistie partem consignavit, iustique ut aqua intindam, *seni in os infunderet: qua illo paulatim absorpta continuo animam exhalavit.* Pausinus in vita S. Ambrosii narrat, Honoratum Verceilensem Episcopum caelesti voce admonitum fuisse, ut Ambrosio iam iam morituro succurreret, qui descendens (de superiori tabulato, ubi decubebat) obtulit Sancto Domini corpus: quo accepto, ubi deglutivit, *emisit spiritum.* Nec negatur, aliquando in infirmis datam interdum fuisse utramque speciem. Et aliquando panem, intinctum sanguine, datum fuisse scimus, & fatemur. Sed æque certo scimus, oppositum ritum tribuendo in-

ter-

terdum unam solam speciem obtinuisse. Plurima alia documenta promere possem, quæ, cum sint obvia apud Theologos, qui ex instituto, non obiter, ut ego, quæstionem verfant, prætereo. Et infantibus datam fuisse communionem sub unica tantum specie, tum in Græca, tum in Latina Ecclesia, & adultis in publicis synaxibus, loculentæ extant & Patrum, & Conciliorum documenta.

XXIII. Theologicis rationibus breviter, quæ dicta sunt, confirmantur. Nam illa communio legitima & sancta est in qua totus & integer Christus percipitur, & tota sacramenti ratio, & gratia fructus continentur. Hæc omnia in unica tantum specie habentur. Ergo ritus tradendi unicam tantum speciem legitimus est. Minor propositio ex iis quæ supra dicta sunt, patet. Siquidem Eucharistia significat Christum præsentem, eius passionem, mortem, refectionem animæ spiritualem, & unionem fidelium inter se, & cum Christo. Porro hæc omnia unica tantum specie significat: quia sub unica specie panis vi verborum est solam corpus Christi, sicut solus sanguis sub specie vini: quæ separatio exprimit Christi mortem & passionem. Hinc consequitur, virtutem & gratiam sub unica quoque specie contineri: quia gratia non ex symbolis ipsis, sed ex re contenta, nempe Christo, manat. Nec negatur, expressiorem haberi significationem mortis, & passionis Christi sub utraque specie: sicut triplex immerio in baptismo clarius exprimit Trinitatem. Sed quid inde? Propterea ne trina immensio necessaria est ad baptismi naturam? Nemo id dixerit. Sed ergo est verum & in regum sacramentum in una tantum specie haberi, & omnem gratiæ fructum ad salutem necessariam inde percipi. Utrum porro maior gratia percipiatur ex duplici quam ex una tantum specie, controversia est inter Theologos, quam definire noluit Concilium Tridentinum. Negantem ego opinionem probabiliorē exitimo.

XXIV. Tandem quæ dixerit, Ecclesiam Romanam universam passam esse sibi auferri rem necessariam ad salutem, quin ullus ex eadem reclamaverit? S. Thomas III. *Part. quæst. lxxx. art. 12.* narrat disciplinam fuisse temporis, cum in quibusdam Ecclesiis portigebat utramque speciem, in plurimis aliis unam solam; eamque probat. Post obtinuit usus universalis administrandi unicam speciem. Et nemo unus vocem extulit. Quis porro dixerit, tum laicos, tum Ecclesiasticos omnes ita excussisse, & tam despo ignorantiæ vel obductos fuisse, ut nescirent rem ad salutem

necessariam; & neminem contradixisse, neminem reclamasse contra subtractionem calicis? Quid quod, cum primum Petrus Desiderius necessitatem utriusque speciei intrudere conatus est, universa Ecclesia in Concilio Constantiensi, & Basiliensi erroris novitatem profugavit? Ad disciplinam usum amittit, ad duplicem speciem attingere, semper Theologi omnes fassi sunt. Commentitia ergo est necessitas utriusque speciei, quam post Petrum Desiderium iactant novatores.

XXV. Quæst. IX. *Prædenter ne Ecclesia subtraxit laicis calicem usum? & an illam permittere expedit?* Resp. Ad primam partem quod attinet, adfirmant Catholicæ omnes. Rationes subtractionis assignat Concilium Basiliense. Princeps est grave effusio sanguinis periculum, quod frequenter contingebat. Sæpissime enim languis guttæ decidebant, & aut barbam, aut vestes tingebant. Altera est vini penuria, non modo in regionibus prelatioribus, aliisque regibus, sed etiam in multis pagis, & villis, ubi ob incolamur paupertatem vix haberi vinum potest sufficiens ad sacrificium ostendam. Præterea vinum ex remotis regionibus delatum, sæpe corruptebatur; & non raro conquebantur fideles sibi vinum corruptum ministrari. Tertia horror quem multi concipiunt, dum bibere oporteret ex eodem calice, mæbentes aut contagiosum aliquem morbum, aut halitus foetidos, quos efflate vitæ homines solent. Hæc inæquus usus sæculo XII. tribuendo solam panis speciem cito invaluit. Et tantum abest quod aliquis reclamaverit, ut S. Bonaventura sæculo XIII. in *V. dist. XI.* asserere non dubitaverit: *Quod dicitur utramque speciem accipi oportere, heresis plane est.*

XXVI. Quantum ad secundam partem certum est, Ecclesiam posse ulium calicem concedere, cum ritus iste ad disciplinam pertinet. An aliquando expedire possit, & reipia expedit, talem ritum permittere, Synodus Tridentina declarat, supremi Pastoris esse decernere, quid temporum, & locorum circumstantiæ possulent. Hactenus experientia competum est, concessionem hanc plura per se esse absurda. Et præsertim heretici ex huius ritus concessionem magis firmarentur in proprio errore de necessitate utriusque speciei. Nam vel novatores exultant ulium calicem ad salutem necessariam; aut secus. Si primum; non est illorum hereticus error confirmandus. Si secundum; cur ipsi non accedant universali disciplinæ Ecclesie? Ritus variabilis est. Cur ipsi, propria disciplina relicta, non obtineant universæ Ecclesie, unde

unde defecere? Quae dico, experientia patet. Pius IV. quibsdam in Germania laici cae calicis usum impertit. Quid haec? Iacobelli haeretic excitata fuit. Martinus V. communicavit laicos in die palchatis sub utraque specie, quos inter, medicum quemdam Bohemum, qui continuo clamare cepit. Pontificem Summum tandem approbavit haerem Iacobelli. Quomobrem & S. Pius V. & Gregorius XIII. revocare coacti fere concesserunt Pii IV. Tandem in Concilio Florentino plures Principum Oratores tum ad peccandos haereticorum motus, tum ad Catholicorum plurimum vota explenda, usum calicis postularunt. Verum, cum Oratores audissent a Patribus, ex tali indulgentia efflatores semper evasit haereticos, & plura conclusa fuisse absurda, luculentis adductis testimoniis, Legati, evidenter facti persuasi, a postulatione recesserunt.

XXVI. Opponunt 1. heterodoxi cap. vi. Ioan. Nisi manducaveritis &c. & biberitis eius sanguinem &c. Item: *Bibite ex eo omnes*. Resp. Fide mala opponunt novatores laudatum S. Ioan. cap. cum perfricti ipsi inficiuntur, sermonem ibi esse de Eucharistia; sed de fidei manducatioe praefata verba intelligenda effusant. Ceterum respondent Catholicis, negantes in laudatis verbis contineri preceptum sumendi utraque speciem. Si quidem qui unicam panis speciem solum, carnem, & sanguinem revera accipiunt; nam probatum supra est, sub unica specie totum & integrum Christum contineri. Verba Matthaei, *Bibite ex eo omnes*, solos Sacerdotes spectant. Ex hac esse germanum horum verborum sensum, pluribus evincunt argumenta Theologi catholici, quae non vacat referre.

XXVIII. Opponunt 2. Communio accipienda est in commemorationem passionis Christi, sed passio Christi non representatur sola panis communcione; cum hac non representet sanguinis effusionem. Ergo utraque species necessaria est. Resp. Eucharistia considerari debet & ut sacrificium, & ut sacramentum. Sacrificium immolatio quaedam est, quae fit, dum seorsim sanguis, & corpus consecratur. Sacramentum autem est signum sensibile corporis Christi pro nobis immolati. Haec autem sacramenti ratio perfecta salvatur in unica specie. Sapienter de more S. Thomas III. Part. *quasi. lxxx. artic. 12. ad 2. inquit: Perfectio huius sacramenti non est in usu fidelium, sed in consecratione materiae. Et ideo nihil derogat perfectioni huius sacramenti, si populus corpus sumat sine sanguine; dummodo Sacerdos consecrans sumat*

utrumque. Hoc pacto saeculo XIII. scribebat Angelicus, quando indifferenter alicubi unice tantum, alicubi utraque species administrabatur. Plura alia quae obicere solent, praetero; cum nullis profus momenti sint.

XXIX. *Quaest. X. Quid sit communio laica, peregrina, & praesentificatorum? Resp. Latice communionis diversa sunt placita. Aliqui censent illam fuisse quae sumebatur a Sacerdotibus quibus in pecora alicuius criminis permittunt consecrare non erat: Ideo de manu alterius Eucharistiam sumebant. Sed haec opinio rejicitur: quia communio laica imponebatur Diaconis, & inferioribus Clericis graviter delinquentibus. Alii contendunt, communionem laicam fuisse illam quae sub una tantaxat specie Eucharistia porrigebatur; ac si clericalis fuerit sub utraque specie quod salum est. Nam quando obtinebat usus communionis laicae, tam Clerici, quam laici communicabant, si volebant, sub utraque specie. Quidam existimant, communionem laicam fuisse illam qua communicantia speciem panis tangere poterat, secus calicem, quem in actu sumpcionis, tangere Clerici poterant. Verosimilior opinio est, laicam communionem fuisse illam qua laici extra locum Presbyterii communicabant; clericalem et contrario, quae fiebat intra ipsum Presbyterium.*

XXX. Communio peregrina ea videtur fuisse quae dabatur Sacerdotibus, & Clericis qui sine licentia Episcoporum peregrinabantur. Et haec a laica non differbat, nisi quod peregrinantium esset.

XXXI. Communio praesentificatorum est sumptio Eucharistiae, non eodem die, sed uno, vel pluribus diebus antea sub specie panis consecratae. Hanc communionem percipit Sacerdos die postea in Ecclesia Latina, & in Ecclesia Graeca tempore Quadragesimae, exceptis sabbatis, & dominicis diebus. Haec praesentificatorum communio peremptorium argumentum est contra heterodoxos communionis olim perceptae sub unica tantum specie.

CAPUT X.

De effectibus Eucharistiae, quorum descriptione cordis amor erga augustissimum sacramentum accenditur.

SI quo feracior, atque fecundior fundus est, eo uberiorem parit messis copiam; quis manifestare pro dignitate poterit fructus augustissimae Eucharistiae, quae Christum continet, omnium gratiarum, donorum, virtutum, & honorum fontem perennem, inexhaustum? Haecenus steriles quaedammodo disputationes habuimus aut adversus heterodoxos, aut contra quorundam Casuistarum laxas, vel nimium lubiles opiniones. In praesentia lubet lectorum corda paulisper post agitatam mentem pollare, ne sterilis omnino sit oratio nostra. Paucos ex plurimis istius sacramenti effectus exponam.

II. *Primus effectus* augmetum gratiae est. Sacramenta omnia gratiam producant; aut primam, ut baptismus, & penitentia; aut secundam, ut Eucharistia cum ceteris. Confirmatio frontem armat ad Christum in totius mundi conspectu confitendum. Eucharistia corda hominum confirmat, ut oportunitate S. Thomas III. Part. *quasi. lxxxi. artic. 9. ad 2. docet. Principium fortitudinis est in corde, sed signum apparet in fronte: unde dicitur Ezechiel. III. Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum. Et ideo sacramentum Eucharistiae, quo homo in se ipso confirmatur, pertinet ad cor, secundum illud Psalm. cxx. Panis cor hominis confirmet. Sed sacramentum confirmationis requiritur in signum fortitudinis ad alios; & ideo exhibetur in fronte. Mutas vires haec duo praesertim sacramenta insulant, roborant. Vigor cordis, panis manducatione firmati, ad frontem accenditur, & gratiam confirmationis ad tuos pariendos effectus quodam veluti spirituali pinguedine roborat. Desunt verba, & mens ipsa habeat in hac calceitium effectuum explanatione. Pulcherrima similitudine rem explicat Ludovicus Granatensis. Quantumvis in adultam arborem, diffusam in ramos, floribus indutam, fructibus onustam, intendamus obtutus, adoleferre non videmus. Similiter animae nostrae, quae planta spiritualis est, incrementa describere, & videre non valemus: sed ex fructibus, ex animi remissione, ex caritatis ardore, ex patientia, & mundi contempione, ex constantia in mandato observantia, vite spiritualis augmentum, & profectum conspiciamus.*

Conc. Theol. Tom. VIII.

III. *Secundus effectus*. Intima cum Christo, & cum fratribus coniunctio. Concilium Florentinum hunc effectum in decret. de Eucharistia, exponit his verbis. *Huius sacramenti effectus, quem in anima operatur digne sumens, est adiunctio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, & membris eius unitur; consequens est quod per hoc sacramentum in summentibus digne qui augetur, omnemque effectum quem materialiter elicit, & potius quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando, & delictando, sacramentum hoc quoad vitam quaternam spirituales: in quo gratiam Salvatoris nostri recensimus memoriam, a malo retrahimus, confortamur in bono, & ad virtutum, & gratiarum profectum incrementum. Similia habet Concilium Tridentinum sess. XIII. cap. vii. Coniunctio haec moralis, non physica, nexus cordium est, & veluti transitu, ut inquit Augustinus. Ciprianus *serm. de Cena Domini*, live Auditor eiusdem sermonis, inquit. *Nistra, & ipsius coniunctio haec, nec nisi personae, nec nisi substantiae; sed nec nisi carnis, nec nisi voluntatis. Similitudine valde accommodata hanc mirabilem coniunctionem representat S. Cyrillus Lib. IV. in cap. xvii. Ioannis. Si quis cere liquefacta altam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commiscit necesse est; sic qui carnem & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita coniungitur, ut Christus in ipso, & ipse in Christo invenitur. Hanc cum Christo unitatem necessario consequitur reciproca inter fideles coniunctio: Christus centrum est, & fideles linea, quae omnes in hoc centrum tendunt, & veluti in eodem conquelescunt. Unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane, & de uno calice participamus; inquit Apostolus. Sacra haec fidelium Catholicorum, sacramentum istud frequentantur, concordia; plus ad confirmandas adverius heterodoxorum blasphemias Eucharistia veritatem valet, quam sexcenta miracula, ut Chrylologus *homil. lxxxiii. in I. Cor. inquit. Estis sexcenta miracula edant, dum dissident inter se, ridiculi ceteris erunt. Quenammodum ipsi nullum signum edant, diligant autem se se vere, suspicendi inviditiae omnibus mortalibus permixturi. Nam & Paulus eam ob rem miramus magis quam ad mortuos suscitatos, leprosas curatos. Suspensa vox est: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis offendet, & ego non uror? Sexcenta narra mihi miracula: nullum hinc equiparandum adducet. Haec altius, & continenter meditando sum,***

sunt, praesertim a Sacerdotibus quotidie sacrificantibus.

IV. Tertius effectus. Spiritus delectatio, & interna cordis dulcedo, ut Angelicus Doctor III. P. quæst. lxxii. art. 1. ad 2. declarat. Ex virtute huius sacramenti anima spiritaliter reficitur, per hoc quod anima spiritaliter delectatur, & quodammodo inebriatur dulcedine bonitatis divine, secundum illud Cant. v. Comedite amici, bibite, & inebriamini castissimi. Suavitatis huius divini cibi ineffabilis, manna, unde omnis sapor profusebat, figura fuit. Et Profsa Hais cap. xxv. huius caelestis convivii callidissima voluptates ita praedixit. *Facies Domini exercituum in monte hoc convivium pinguium, & convivium vindexie: convivium pinguium medullarum, & vindexie delectate.* Deliciae istae cuiusque impunitatis expertes sunt; cum ex Christi intima praesentia, & tenerissimo amplexu manent. Pauci experientur divini convivii voluptates, super mal & favum dulciores: quia terrenorum delectatio; & carnalium illecebrarum humor veneficus cordis palatum inficit. Mutat homo gloriam suam in similitudinem virtutis, comedentis fenum; & anhelans Aegyptias carnes, capras, alia, & cucumeres, percipere divinus suavitates non potest. Evacuandus stomachus est terrenis oblectamentis, abalienandus animus veluti infans a maternis ubibus; ab anxietate, sollicitudinibus, & negotiis mundi; si gustare quam suavis Dominus sit, velimus. Alioquin, si corde licet, inquit eloquentissimus Vincentius Contentionibus Lib. XI. part. 11. dist. 111. cap. 11. mente acidi, viribus languidi, spiritu frigidi divini frequentabimus mysteria, lambemus quidem petram; sed in dente nec mel sugemus, nec oleum; quin nec aliqua caritatis dulcedine, nec Spiritus sancti pinguedine vegetabimur. Cito commutare terrenas delectationes in divinas suavitates valeamus, ut S. Augustinus Lib. IX. Confess. cap. 1. admonet. *Quam suave mihi subito factum est, carere suavitatibus nugarum! Et tunc enim eas a me, vera tu & summa suavitatis: et tunc ab, & intus per me, omni voluptate dulcor.* Carent non raro his sacris deliciis etiam viri isti, tum in penam venialium culpularum quae servorem remittunt, & internam lucem aliquantulum obnubilant; tum ex arcano divinae providentiae, quae dilectos suos languere interdum sinit, ut illorum probet constantiam, & caelestem consolationum subtractione situm excitet ardentiorum, eoque ferventiores in precatione, atque continua

posulatione efficiat. Memoriae commendandum est pensissimi Thomae de Kempis Lib. II. de Imit. Christi cap. xv. monitum. *Operetur te devotio gratiam insuper quærere, desideranter perere, patienter & fiduciale expectare, grateranter recipere, humiliter conservare, studiose cum ea operari, ac Deo terminum, & modum superne visitationis, donec veniat, committere. Humiliter precipere te debes, cum parum aut nihil devotionis interius sentis; sed non nimium desicis, nec inordinate contristari. Dat sepe Deus in uno brevi momento quod longo negavit tempore: dat quandoque in fine, quod in principio orationis distulit dare. Si semper cito gratia daretur, & pro voto adeslet, non esset infirmo homini bene portabile. Propterea in bona spe, & humili patientia expectanda est devotio gratia... Quisquis ergo intentionem suam simpliciter de sursum ad Deum levaverit, sequas ab omni inordinato amore, sed diligentiā cuiuslibet rei creatae evacuaverit, apostilimus gratia percipiendae, ac dignus devotionis munere erit. Dat enim Dominus sibi benedictionem suam, ubi valde vacua invenerit; & quanto perfectius infirmus quis renuntiat, & magis sibi metipsum per contemptum sui moritur; tanto gratia clarus venit, copiosius intrat, & altius liberum cor elevat.*

V. Quartus effectus est spirituale robur adversus demonis tentationes, mundi praestigia, & peccatorum illecebras. Quamobrem Tridentina Synodus sess. XIII. cap. 11. hoc sanctissimum sacramentum vocat *antidotum, quo liberamur a culpis quotidianis, & a peccatis mortalibus praeservamur.* A peccatis nos hoc divinum antidotum praeservat, tum vires per gratiam, insulataque virtutes augendo, tum auxiliorum copia, quae tantum sacramentum comitatur, tum denique malignos spiritus propulsando. Reformidant enim divinae maiestatis praesentiam superbi hyntus, nec audent illic ubi penitenti modo residet, accedere. Porro si victoria demonum, si a peccatis mortiferis immunitas, si perseverantia in virtutum, & sanctitatis exercitio effectus est divini sacramenti huius suspecte profecto sunt illorum communionis qui frequenter in graviola prolabantur flagitia. Quis dixerit, validam esse medicinam illam quae nunquam aegrotum sanat? Quis dixerit, optimum esse cibum illum quod pauci homines debiliores, non robustiores sunt? Magna utique est infirmitas nostra, morbi mali &

graves, a quibus, usquedum peregrinamur a Domino, nunquam perfecte convalescimus. Verum validiora sunt remedia quae nobis caelestis medicus applicat, inaeque natura gratiam producent lenitatis. Si ergo mens nostras terrens semper imaginibus, & vitiorum larvis obstruit; si cor in vitiorum lucro marcescit, & terrena illecebra animam occupat: qui ferri potest ne effectus sacramenti huius experiamur? Ad ignem accedere, & semper agere, caelestem fontem potare, & carnalia sicut, in Christi complexu iustae, & pietatis lenit, caritatis fervore, Deoque placendi studio carere, extrema adso opposita sunt, ut nullam patiantur consecrationem.

VI. Quintus effectus remissio venialium peccatorum. Sicut enim quotidiano cibo reparatur corporis vires contra vim innati calor naturalis, ita divina hoc epulo quiddam animalis in infusa concupiscentia per leves offensas amant, cum fenore redimit, & immittunt per peccata venialia caritatis fervorem rursus inflammant, & ardentiorum efficiunt. Heint collige quam parum proficiant hoc divini cibi usu illi qui peccata venialia parvi faciunt, nullamque in iis cavendis diligentiam adhibent; quin, non lecus ac virtutis opera, eadem degluciant. Quamvis peccata, legitime accepta, levia sint, tamen simul congregata animae candorem, & decus denigrant, velis nuptialis pulchritudinem deturpant. Si nemo, inquit Augustinus ser. cxxiv. sordida veste ad Ecclesiam pergere audeat; quae fronte divinum complexi sponium audeat tot maculis, & sordibus pollutus? Distingueda tamen sunt peccata venialia quae nostram consequuntur imbecillitatem, ab iis quae nostra deliberata voluntas parit. In illa incidere humanum est, & quotidianum; ab hac affectu proleant, & de liberate repere, malitiam redeolet; quare secunda huius classis peccata Eucharistia fructibus obdunt. *Sed dicitur (inquit Augustinus loc. cit.) peccatum quidem est, sed tamen parvum est. Nec nos dicimus, quia peccatum capitale est, & inanis, & elemosinis non redimatur, nimis inmundam facit animam. Noli despicere peccata tua, quia parva sunt. Nam & pleuriam gutta parva sunt, sed si nimia implent, & moles trahunt, & arbores cum suis radicibus tollunt. Tu, qui dicitis, quia parvum peccatum est, velim scire, quoties peccatum admittis, si tot parvulas plagas in corde, & tot maculas, aut scissuras in vestibus tuis ferri velis? Cum ergo in corpore*

tuo plagas, nec in veste tua scissuras, vel maculas ferri acquiescas; quae conscientia tot facere in anima tua non metuis? Ac si quidem hoc fecerit, plus amat vestem, ac carnem suam quam animam. Diligentior ergo te exhibe in lingua cultodita, in curiositate coerceda, & in ceteris voluntariis culpis, quantumvis levis, declinanda.

VII. Sextus effectus est remissio peccati, ut S. Thomas III. Part. quæst. lxxxv. art. 3. docet. Quoniam praecipue Eucharistia effectus est augmentum caritatis, & eius fervore (inquit Angelicus) aliquis consequitur remissionem non solum culpe, sed etiam peccati: unde est quod ex consequenti per quamdam concomitantiam ad principalem effectum boni consecrationis remissionem peccati, non videm totius, sed secundum modum suae devotionis, & fervoris. Numquam enim culpa remittitur, quia aliquid peccati remittitur. Effectus Eucharistiae est remissio culpularum venialium: ergo peccata quoque quae illis debent, sin minus tota, quoad partem factem condonatur.

VIII. Septimus effectus est lenitudo, & appetituum compressio, inquit Angelicus loc. cit. art. 6. ad 3. Quoadquidem licet hoc sacramentum non directe ordinatur ad diminutionem fomitis, tamen tamen fomitem ex quadam consequentia, inquantum auget caritatem, quae, sicut Augustinus dicit in Lib. lxxxiii. Op. argumentum caritatis est diminutio cupiditatis. Non extinguit Eucharistia fomitem, sed moderatur, & coercet, cordis caliditatem in ipsos appetitus quodammodo effundens. Animadvertit Cl. P. Contentionibus Lib. XI. part. 3. dist. 111. cap. 11. quodam apostate Ethicam appellatis animi agriculturalum, atque officine ferrariae sam comparabile. Sequidem, inquit, quemadmodum agros, sponte sua spinarum, & tribularum heredes, non ornant modo, & mundat, sed fructibus etiam, & messium copia ditat agriculturali; sic virtus, quae caritatis fecundata, & Eucharistiae robore munita, hominem naturam rudem, & concupiscentia lascivientem, vitiorum luto sordidum, squalidumque polle, ornat, illustrat, atque caelestem bonorum abundantiam cumulat. Rursum si ferrariae arti Ethicam comparas, quemadmodum inter malleorum ictus, flammarum crepitus, & fumos, solum flatus importunos, & repletas incendii transiones, & pressuras elaboratur artefacta ad speciem pulchra, ad miraculum concinna, ad humanos usus perutilia; sic laboriolium virtutis usus est passivum, & animi certamine, ex amoris caritatis, & caelestis conspectu splendens emaculata.

fulgetque. Quamobrem suspecte non parum firmitates quæ in hac lacrymarum valle animi nostrum circumdant, exagitant, affligunt. At sacro isto cibo pasci, lortitudinem caelestem induimus; & huius divini epuli sapor dulces efficit omnes exilii amaritudines. XI. Ne vitio mihi vertas velim, lectorem, ut brevi calamo immensus istius sacramenti divitias indicarem potius quam describerem. Tu piis meditationibus traditam doctrinam amplifica in corde tuo, & altius menti tuæ eam imprimito. Nemo dignior melius te valet, an cibis iste divinus recentius pariat in anima tua effectus. Pignus habes hereditatis aternæ: vide, num fructus dignos aternæ vita edas. Quid tibi, inquit pilulus Gentilium, si evehus es ad divina comparanda? Adeo ne tibi invidet, qui elevatus ad regnum caelorum, brevi adendum, velis ad siliquas, ad fercora vitanda defendere? Expurgare tandem, & iacta in Domino curam tuam: nam qui se totum in Eucharistia donat, regnum suum non denegabit, qui se in eam porrigit in exilio, a convivio aeterno non arcebit in patria. Tantummodo animum tuum a voluptuosis huius vite illecebris abstinere, & totus in ea incumbere quod ad suavissimas agni nuptias viam sermant. Verum de his plura mox iubiungam.

CAPUT XI.

De dispositionibus tum animæ, tum corporis ad Eucharistiam digne suscipiendam.

I. DUO dispositionum genera distinguenda sunt. Primum renovat incrementa, & obacula, nempe peccata mortalia, a quibus munda sit anima oportet quæ suscipere hoc sacramentum velit; ut explicat scilicet XIII. cap. VII. Concilium Tridentinum. Si non deest ad sacras illas functiones quempiam accedere nisi sanctus; certe quo magis sanctitas, & divinitus celestibus sacramenti viro christiano comperita est, eo diligentius curare ille debet ne desuper magna reverentia, & sanctitate ad suscipiendum accedat; præsertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus: Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.

II. Novatores quemadmodum multa sacramenta de medio tulserunt, & aliorum quæ admittunt, ad Eucharistiam digne suscipiendam,

tunt, sacramentorum frequentiam impiis dogmatibus profanarunt. Luthers adeo scelerate scripsit de dispositione ad eucharisticam communionem, ut vel ipse Antichristus impudenter, & sceleritius scribere haud posset. Siquidem concion. de præpar. ad Eucharist. hac erudite non formidavit. Optima dispositio est novitas ex qua pessime es dispositus: & ideo penitentia potius post quam ante sacramentum digne peragitur. Magnus & perniciosus error est, si quis accedat ad sacramentum ea nixus fiducia, quod confessus est, quod non est sibi conscius mortalis peccati, quod oratione, & preparatoria sua premiserit: omnes hi iudicium sibi manducant, & bibunt: quia his omnibus non sunt digni, neque puri; immo per eam fiduciam puritatis potus pollutum: sunt autem puri per fidem. Rursus contra Regem Angliæ Henricum VIII. sic insanit. Favorem autem eius quo invehitur in me, quod docuerim fidem sine operibus optimam preparationem ad sacramentum, & Christianos non oportere legibus assurgere ad percipiendum, contemno. Nomen hoc sola patefacium quam sit impla, quam horrenda reformatio protestantica? Calvinus Lib. II. Instit. cap. XVII. §. 41. & 42. etsi non adeo effrenate advertebat preparationem ad sacram eorum debachetur, contra tamen Catholicorum doctrinam non minus impudenter blasphematur, effutens. Quo hinc ulteri moderentur, modum excegerant acquirere dignitatis, ut, quantum in nobis est, examine habito... contritione, confessione, satisfactione nostram indignationem expiaremus. Advertebat hanc doctrinam, ex ipsis Scripturis haultam, hoc pacto inlurgit tumens & furens. Nunc indicare proprium est qualis sit hæc que in Papatu regnat doctrina, & a quo auctore profecta sit, que miseros peccatores, & trepidatione mestitiae afflictos huius sacramenti consolatione immensa sua auferret orbat, & spoliat... Certe diabolus nullo majori compendio homines perdere poterat quam sic eos infatuando, ne gustent, & saporem talis alimenti perciperent, Diabolica ergo doctrina est ea que infuatur, accessurus ad Regis nuptias, abluendas lorde, delendos maculas, vellemus nuptiales induendam? Non ergo peccatores flagitios onuli luxuria sordidi, avaritia, odio, invidique perciti, carnalibus illecebris ingurgitati, & undique scelerum turpe infecti pro viribus adlabore debent ut animam suam a tam fetida lepra, a tam putridis plagis, a tanta scelerum pravitate Conc. Theol. Tom. VIII.

IX. Octavus effectus est immortalitatis, & resurrectionis semen. Mors per eum ligati intravit in mundum: & per eum fructus ligati in quo pependit Salvator nolens, morte devicta, ad immortalitatis vitam resurgens, ut optime S. Petrus Chrylogus ser. lxx. exponit. Christus est, ut quis per lignum mors venerat, redires vita per lignum: & sepultus, ut officia tota mortis implet: ut mors morte moreretur, ut ex illius semine corporis omnis humanorum corporum factio vitalem surgeret, & laboraret in nihilum.

Non impedit utique Eucharistia quominus moriamur; ad efficit ut morte hæc temporanea, veluti instrumentum quoddam vitam comparem immortalem. Audi S. Cyrillum Alexandrinum Lib. IV. in Ioannem cap. II. sic loquentem. Disceant, si velint corruptionis immunes esse, & ipsam ex præparacione ingruentem mortem exuere, necessario accedendum esse ad participationem eius qui vivificandi potest, & qui corruptionem detestatur, & mortem destruit. Proprium enim istud veteris, & conventissimum vite secundum naturam opus est. Qui panem in se vite suscipiunt, primum immortalitatis habent, & corruptionis, ceterorumque malorum expertes ad perpetuum & aeternum illud christiane vite spatium ascendunt. Nec obstat quod iis quæ facti sunt Christi participes, necessario mors degustanda sit. Nam licet humanitas eis mors accidat, tamen, ut Paulus Rom. VI. ait, vivunt Deo victori. Resurgunt quoque infideles, & impii; sed ad supplicia, & poenam aeternam, morte ipsa acerbiorum. Qui vero bona egerunt, in vitam resurgent aeternam.

X. Novus effectus est perseverantia finalis cui aeterna vita succedit. Effectus iste coronam est, & meta omnium donorum. Hac de casta Patre Eucharistiam vitæque peregrinationis nostre appellat, quatenus in huius cibi fortitudine, laperatis hostium infideliis, re-

purgent, fanentque? Lustrans non debent intimos conscientie recessus, & angulos, & quas inveniunt vitorum lorde expellere? Quis ad Regis mensam tam pollutus velibus accederet? Sed mittamus delirantes istos reformatores, & Tridentini Concilii precripta ob oculos revocemus. Hoc enim loc. cit. addit: Quare communicare volumus evocandum esse in memoriam eius (S. Pauli) preceptum: Prober autem seipsum homo. Eucharistia autem confuetudo declarat, tam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat.

III. Solam fidem pro dispositione ad Eucharistiam requirunt novatores, nihil curantes animam peccatorum plenam esse. Contendunt enim, hoc sacramentum ad peccata remittenda institutum esse. Quos daos errores damnavit Synodus Tridentina sess. XIII. can. v. & XI. his verbis: Si quis dixerit, vel præcipuum fructum Eucharistie esse remissionem peccatorum, vel ex ea alius effectus non provenire; anathema sit. Et rursus: Si quis dixerit solam fidem esse sufficientem preparationem ad sumendum sanctissime Eucharistie sacramentum; anathema sit.

Hanc doctrinam pluribus exemplis confirmavit ipsemet Christus Dominus, qui, ut habetur Ioan. XIII. discipulos lavare pedes voluit, antequam ad sacrum epulum illos admitteret, ut anime munditiam, & nitorem significaret ad illud requiri. Marth. XIII. severe animadvertit in illum qui ad regium convivium vite nuptialis delitatus accedere pretemptaret. In quo convivio adumbratam esse Eucharistiam Patres omnes testantur, simulque docent, abique fulgentissima caritatis habitualis veste accedendum non esse ad hanc sacram mensam. Peccatores, infidelique omnes Christus ad baptismum ad penitentiam vocavit, secus ad Eucharistiam, nisi post hæc susceperat sacramenta. Namque vel ipsi novatores concedent, dandam esse Eucharistiam Iudæis, paganis, infidelibus, etiam si fidem indidit miserii se profiteri faterentur? Eucharistia spiritalis cibi est, qui non peccato mortuus, sed vivis datam, quorum vitam roboret, vegetat, confirmat. Hæc est traditio constantis, & perpetua Ecclesie, ut constat ex Conciliis Eliberitano, Anacyno, Nicæno I. Africano I. & ex unanimi Patrum consensu, Iustinus apolog. II. Nulli alii participare licitum est quam ei qui ita vivit, ut Christi